

**Legatio Marchionis Lavardini Romam, Ejusquè Cum
Romano Pontifice Innocentio Undecimo Dissidium**

Sfondrati, Celestino

[S.I.], 1688

13. Cur non ipso Pontificatûs sui initio Asyla, & Immunitates Legatorum
Innocentius deleverit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62944](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62944)

Clero Parisijs damnatum, prohibitum-
què esse: *Quòd* (verba sunt Spondani)
multa contineret, quæ magis ad Ecclesiæ
servitutem tendere, & schismatis occasio-
nem præbere viderentur, & ideo primò à fa-
cro Confessorio Regio prohibita sunt distrahi
& vendi: deinde Eminentissimorum Car-
dinalium, cæterorumq;*z* Illustrissimorum
Antistitum, qui tunc Lutetia reperti sunt
unde viginti: nescit enim Ecclesia Gallicana
libertates, quæ malum operantur: nescit ju-
ra, qua illam à Romana Matris firmissima
connexione & filiali obedientia divellant.
Hactenùs (a) nobilissimus scriptor.

XIII. Octavò. (b) Sed, inquit Ano-
nymus, si jus Asyli, & immunitatum abu-
sus est tam horridus, tantaq;*z* abominatione
dignus, ut Pontifex Religioni & Conscientiæ
sibi duxerit illum amplius ferre; cur ergo
tanto jam tempore illum tulit? cur post tot
annos Conscientia Pontificem monuit? Id
planè indicio est, quam Conscientiam
queri.

R2.

(a) Spondan. ad ann. 1639. (b)
Fol. 4.

R. Nihil festivius est , quām audire
Lavardinum , ejusq; Advocatos de Con-
scientia & Religione loquentes ; suā
enim Conscientiā Pontificis metiuntur ;
& cū illis postrema sit hæc cura , sedem-
què ultimam obtineat , Iudere putant ,
quotquot conscientiam appellant . Tu-
lit ergo Pontifex primis annis hunc Asy-
lorum abusum eo ferè pacto , quo Agri-
cola lolium & Zizania florente in agro :
non quòd amet , sed quòd frumento sit
mixta , quæratquè occasionem evellendi .
Eademquè ratione quæri posset , cur Gal-
liæ Rex , si conscientiæ sibi duxit Calvi-
nistarum hæresin in Gallia ferre , non sta-
tim ejecerit ? Planè Innocentius in ipso
statim limine initi Pontificatus professus
est , se Asyla nunquam laturum , ut tamen
Regum Majestati honor haberetur , len-
tè processum ; moniti , rogati , convi-
ctique rationibus sunt : expectatum
quoquè , dum Principum Legati , qui
tum vivebant , decederent . Tandem
ubi omnia parata , ubi veneratio Ponti-
ficiis tot rebus secundis aucta , ac ipse
Rex

Rex Galliæ pollicitus, se aliorum Prin-
cipum exemplis imitandis non ultimum
fore, ubi denique alij Reges Asylo ces-
sere; meritò visum est Pontifici, non
amplius cessandum. Expectavit ergo
a statem, ut meteret. Quid potuit à Pon-
tifice aut prudentius, aut humanius fieri?

XIV. Nonò. (a) *Verbis*, inquit A-
nonymus, generalibus non comprehen-
duntur persona notà speciali dignæ, qua-
les sunt Principum Legati: non potuit er-
go Lavardinus ex verbis Bullæ pro excom-
municato haberí. Imò nec dici quidem
potest, Lavardinum casum Bullæ incur-
risse, quippe vim nullam adhibuit, nes-
cursum Justitiae impedivit.

R. Oportet ab hoc Lavardini Advo-
cato Bullam Innocentij, ne quidem le-
ctam fuisse, alioquin nunquam hæc scri-
beret tam adversa veritati. Renovat In-
nocentius Julij III. Pij IV. Gregorij XIII.
Diplomata, & illa verbatim recitat; at in
illis expressa fit Legatorum mentio; qui
ergo dici potest Bullam Innocentij nihil
de Legatis loqui? Deinde in Bulla

(a) *Fol. 4.*

Inno-